

Florus Biblicus Seu Narrationes, Ex Veteri Testamento Selectæ

Pexenfelder, Michael [S.I.], 1711

CXVI. Machabæanæ stirpis eradicatio. Herodis alienigenæ in regnum Iudaicu[m] invasio. Herodiani nominis propagatio, & excisio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64523

發(191)發

THE MAN THE PARTY NAMED IN

s parri-

oafiem

er cauf-

pente,

Atisde

, quild

niam fe-Nec ita

um ex-

e parte ulos ac

fentenderabi-

pace fa-

tis, St

comita

n Hyrar

ide per-

1 SADAR

porum js, bel-

ontami-

am re-

; is Sy.

pellati.

ant, of

nalifor

is 1000,

e iplum

Legem:

fum eti-

am Alexander mox fecit successor, Hebræis Ioannes ac Ianneus appellatus. Idem & cæteri deinceps Machabæorum nepotes ac pronepotes infelices plerique Sadducææ sectæ asseclæ, ad Herodianam usque Domum eis subrogatam, fecerunt. Ioan. Biselius in Ruints Illust. Dec. 3. n. 18.

NARRATIO CXVI.

MACHABÆANÆ

STIRPIS ERADICATIO.

HERODISALIENIGENAEIN

REGNUM JUDAICUM INVASIO HERO.

DIANI NOMINIS PROPAGATIO,

ET EXCISIO.

Abanno M. 3951. ante Ch. 102. ad annum Mundi 4053. IESU Christi annum 1. quo anno Herodes è vivis excessit.

Ex Flavio Josepho, de antiquitatibus Judaicis, Lib. 13, 14, 15, 16, 17, 19, Et de Bello Judaico lib. 1.

Actenus vestigia sacrorum Voluminum pressimus; nunc quoniam cum Machabæorum occasu, Herodianæ familiæ fortuna miscetur, prosequemur ex Iosepho, Iudaico scriptore, quæ historico sunt nexu colliganda.

Defuncto igitur, ut diximus, Ioanne Hyveano, (primo) Aristobulus natu filiorum maximus, Iudæi si-bi regis nomen usurpavit; fratrémque Antigonum

Ppa

in

數(596)際

ne

præ dæa

Sade

run

dog

hyp

erg

ber

mir

tific

(qu

lus

por

in c

puil

mai

tific

Roi

Her

nite.

mai

pug

em

Sac

des

à qu bejo

nun

Par

în societatem dominatûs adscivit; cœteros eodem patre natos habuit in vinculis; in quibus matrem fame enecavit; paulloque post uxoris salomes (que & Alexandra dicta est) artibus, Antigoni quoque, tanquam Regiæ, Pontificiæque dignitatiszmuli, languine manus imbuit. Mox fraterna a dis pœnitentià ductus, dirisque conscientia stimlisagitatus, morbum contrahit, & cum sanguinis vomitu scelestam animam eijcit. Argumentum divinæ vindictæ manifestum extitit, quòd quidame fervulis cruentam saniem foras efferens, eodemm loco effuderit, ubi cruoris fraterni macula terram infecerant. Successit in regno Salome, lannaunqui mariti fratrem (quem alexandrum quoque vocant è carcere ad solium evexit. Hic verò cum promilcuis cædibus tumultuaretur; quinquaginta ludzorum millibus intra sexennium interfectis, alterum quoque è duobus fratribus sustulit, alterum privil tam vitam colere permisit. Immane vel audiu est; Hebræorum procerum octingentos (quodtyrannidem ejus improbarent inter epulas cum concubinis initas, excelsiore de loco, unde prospedus patebat, justit crucibus affigi, & miserorum in oculis adhuc spirantium, uxores ac liberos jugular Ad extremum, morbo per temulentiam contratto, vino & sanguine ebrius, animam in tartareas sanis efflavit; ubi priùs uxori slexandra deligendi Pontiho arbitrium permisit, & ut Phariscorum versutians num sibi stabiliret, admonuit. Illa monitis oble quens, omnia ad Pharifæorum arbitrium retulit, per horum conciones adeò fibi populum concili vit, ut tyrannum epicedijs & sumptuosa funeratio-

黎(597)黎

codem

atrem

s (quæ

quo-

atis 2-

næ (%-

ftimu-

nguins

entum

ridam e

demin

terram

eumqu

ocant)

oromil.

Iudæ0

lterun

priva-

auditu

uodty.

m con-

spectus

in ocu-

ıgulari.

itractó,

flams.

ontificis

tià rg

is oble

ulit, &

oncilia.

reratio-

ne prosecutus sit. Tantiinterest, per quos, quove pratextu quemque trahas. Erat ea tempestate Iudata gens in duas maximè sectas scissa; Nobilitas Sadducaorum (qui eundem & corporum, & animarum interitum afferebant; populus verò Phariscorum dogmata, qui Stoico quodam superciliò legis divinæ peritiam, & virtutis austeritatem, insigni cum hypocrifi professi sunt) complectebatur. Horum ergo viribus Alexandra suffulta, post nonum gubernationis annum, Hyrcanum (secundum hujus nominis) filium natu majorem, quem jam ante Pontificatui præfecerat, successorem constituit. Hune (quippe ad publicas curas languidiorem) Aristobúlus secundo genitus, & elegantia morum, ac corporis dignitate apud omnes gratiosus, armis victum, in ordinem redegit; ipse sceptrum & tiaram arripuit. Quod utrumque, superveniens Hierosolymam cum exercitu Pompejus ei rursus ademit; Pontificatum Hyrcano restituit; Iudæam tributariam Romanis fecit, Antipatro ei præfecto gente Idumao, Herodis (qui aburbe Ascalone, ubi educatus, Ascalomtes dictus) parente. Aristobulum cum filijs Romam abduxit: Templum Solymæum [quod vi expugnaverat, duodecim Iudæorum millibus interemptis] ingressus victor, exeo nihilabstulit, nec Sacris operantes Sacerdotes interturbavit.

Tum primum libertas Iudæorum amissa; urbes de Syris antehac captæ, iterum redditæ; regnum, à quo priùs Pontificale genus honestatum, ad plebejos translatum: muri civitatis dejecti, circa annum Mundi 3991. Viginti post annis Pácorus, Orodis Parthorum Regis filius, plerâque Syriâ in potesta-

祭(198)器

Jum

per

imp

tun

cela

ferr

Fra

alio

diff

hur

tiæ

cal

inv

noi

fpe

flu

cer

do

arr

me

ind

ria

ma

ma

pri

lac

on

fe :

ma

no

I

tem redacta, Hyrcanum Romanorum [quibus infe stus erat] amicum Pontificali dignitate exuit; vigonum, ejus ex fratre Aristobulo nepotem substituit ; ipsum Hyrcanum cum Phaselo [natu majore Antipatri filio, Iudææ præfecto j in vincula conici; Hyrcano, ne spes ad pristinos honores relinquerestur, auriculæ amputantur; Phafélus, desperations adactus, allifo ad faxum capite vitam abrumpia Herodes Antipatri filius natu minor, Galilæprind patum obtinens, in Arabiam, & inde Romam elabitur, Rex Iudææ à senatu appellatur; Antigonis hostis declaratur. Qui deinde jussu Marci Antoni [pecunijsab Herode ad id inducti] Antiochia inforo publico securi percussus est; Antipatrum Mali chus quidam, natione Arabs, vir militaribus factis apud Iudæos clarus, & Hyrcani partium studiosus, venenoin mensapropinato tollit; Malichum He rodes per Satellites suos necat, redeunte in orbem vindicta, & sanguine sanguinem expiante.

Herodes ubi paternis manibus, occiforis cade parentavit, animum adjecit ad regnum sibi luda cum, non Romanorum tantum favore, sed regit quoque stirpis connexione vindicandum. Mariamnem, fæminarum decus, Hyrcani hoctempo re Babylone exulis, neptem, Alexandri Iannail liam, matrimonio sibi jungit; sriftobulum, Mariam nes fratrem, ad devinciendos sibi Iudzorum, h lexandræ præfertim matris animos, Pontificemot at; Marci Antonij Syriæ Præsidis, ejusque amicorum favorem amplissimis sibi muneribus emit;ple bem Solymæam in suas partes adducit; primates adversæ factionis homines quotidianis supplicijs ab-

1000

黎(199)秦

fumit; Alexandram socrum in regia sub molestis, & perpetuis observationibus continet. Quarum illa impatiens, cum Aristobulo silio sugam in Ægyptum adreginam Cleopatram molitur. cam sugam ut celaret, uterque sandapilis inclusi velut mortui efferri debebant, & navigio ad id parato imponi. Fraudem deprehendit Herodes qui de suo ingenio, aliorum sacilè conijciebat. consilia ultionis coquit; dissimulatam tantisper nocendi cupiditatem, in hunc denique modum exonerat.

Erat Herodes ab Alexandra [reconciliandæ gratiæ caussa regali exceptus convivio, tempore, quô calores æstivi maximè servere solent. Post epulas invitatur Aristobulus, adolescens septemdecim annorum ad piscinas, in proximo stagnantes. Ibi dum spectat æquales in undis, simul ludentes, simul æflum abluentes, incedit adolescentem cupido miscendi se natantibus. Illi, ut ab Herode erant edocti, innatantem undis, quasi per ludum & jocum arripiunt, sub aquas deprimunt, tamdiu detinent mersum, donec eliso spiritu suffocetur. Ingens exinde lamentatio matris Alexandræ, & sororis Mariamnes totamque per urbem Solymaam mæror; maximis enim spebus impleverat omnes, factus ad maxima quæque juvenilis Aristobuli genius, annos prudentià supergressus. Herodes, ut erat mille sallaciarum artifex, invidiam à se amoliturus, modis omnibus dat operam, ut ab ea nece plane alienum se fuisse demonstret; oculos in sictas solvit lacrimas: funus effert magnificentissimo apparatu.

Alexandra nihilosecius patrati per generum facinoris certa, & in vindictam intenta, per litteras a-

Pp 4 pud

is infe-

it; dr

bstim-

re An-

mijat;

neren-

atione

umpli

princi.

ım ela-

igonus

Intonij

æinfo-

n Malia

s factis

liosus,

m He

orbem

s cæde

Iudai-

l region

Ergo

empo.

nnai I-

ariam.

m, A

mot

amico-

it; ple

ates&

ijs ab-

iumit;

際(600)黎

nep

ipo:

que Ma

fæ 7

col

fuo ne;

acc

reg

lerv

ren

con

run

lent

exe

den

aml

in a

pre

dio

crui (eis

pro pici

ven

inde

cen

cep

pud Cleopatram Ægypti reginam de Herodis savitis conqueritur; perficitque, ut Antonius ad ejus criminisultionemincitetur. Herodes igitur Laodiceam evocatur, de suspicione facinoris se purgatuns. Istam caussa sur diffidens, quam odia Cleopatra metuens, abiturus Hierofolyma, curam regnishpho patruo committit, & clam mandat, ut si Antonius gravius aliquid in se statuat, Mariamnem terficiat, veritus, ne ex ea semen generi regio la citaretur. Quod quia Iosephus ad mulieres [Alexandram & Mariamnem] retulit, reverso moxesy. ria Herode, violatum secretum capite luit. Antonius largitionibus corruptus, non modò sceleris Herodem absolvit; sed insuper imperavit Cleopatræ, ut Cælesyria contenta, Iudæam ne affectaret; néve Herodem benefició à se, senatuque Romano, Iterum igitur exil ei collatô, privatum vellet. vulpes laqueum.

Post hæc nuntius perfertur, Antonij ad Adim cum Cleopatra ab Octavio Augusto prosligati; Herodes ex ancipiti temporum mutatione pendens, Antonium à fortuna desertum, ipse quoque desertis ad amicitiam Octavij applicaturus Rhodum prosciicitur, ubi tum Cæsar morabatur. Sed quia scele rum conscientia mordente, timebat incertum prosectionis suæ exitum, atrox capit consilium, tollendi omnes, quicunque ex stirpe Davidica superessent. Hyrcanus calumnijs appetitus, quasi regnum ambijsset, neci datur, mitissimi vir ingeni, privata vita contentus, nullis regni negotijs implicatus, ætate consectus na octogesimu annum excelerat propinqua assinitate conjunctus, quippe qui neces

数(601)数

neptem suam, ut diximus, Mariamnem Herodi desponderat, aliquot jam liberorum matrem. Neque stetit intra eos limites tyrannis. Alexandra &
Mariamne [Salómæ, Herodis sorori pridem invisæ] in munitissimo castro, cui Alexandrium nomen,
collocantur, commissa custodia, sosepho quæstori
suo, & sohemo cuidam ex purpuratis, Ituræo natione; quibus in mandatis dedit, ut, si quod nollet,
accidisse sibi, cognoscerent, ambas intersicerent,
regnúmque Herodianis liberis, ac Pherora fratri conservarent.

Quibus mandatîs, Rhodum properat ad Cæfarem; posito diademate, ad ejus colloquium admittitur: contestatur suorum in Antonium officiorum constantiam: pari se fide Cæsaris amicitiam culturum profitetur; addit munera octingentorum talentorum; præter ea, quæ in Cæsaris amicos, & exercitum distribuit. Quid multa? restituto diademate, in intimam familiaritatem recipitur. qua lubnixus, quod reliquum erat ex Hyrcani familia, ambitioni suæ immolat, sceptrumque Davidicum in alienam gentem jam ante translatum, tenaciùs prehendit. Domum enim reversus ex itinere Rhodio, cum Mariamnem uxorem, & Alexandram focrum, custodià liberatas, solito tristiores reperisset (eis enim Sohemus sanguinarium Regis mandatum prodiderat) à matre, & sorore Salome novis suspicionibus oneratus, Mariamnem violati tori, & veneni sibi parati postulat; eamque innocentem & indefensam capitali supplicio plecti jubet. cem intrepido non minus animo, quam corpore excepit; colore vultus & venustatis decore, ne eo qui-

PPS

dem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

fævitia

JUS CTI-

aodice-

aturus.

opatra

mila

i Anto-

nem mo

[Alex-

xèsy.

. Anfceleris

Cleopa-

taret;

omano, ur exijt

Adium

Hero.

ns, Anferit:fe

roficil

a scele

m pro-

a, tol-

fuper.

asi regi

impliexcel-

pe qui

Heb.

學(602)縣

onis

inft

aliis

run

riar

I

He

ces

fuce

lum

dub

acci

effe

per

ofte

mif

in n

mix

nen Sed

rod

tus

pari

TUS

lang

tiæ

ren

lep1

imp

ven

um

F

dem temporis articulo, mutato. Secus Alexandra fatum suum tulit, mulier ut ambitione nonintacta, fic ad ultimam necessitatem subeundamhand mediocriter perturbata. Sohemo quoque secreti manifestatio capite stetit. Cæterum Herodeminterfectæ uxoris tanta mox misericordiasimultionnitentia cepit, ut præ doloris ac amoris impotentia, in ejulatus & lamenta effusus, sæpe nomen Mariam. nes inclamaret; eamque, qualiadhue viveret,per ministros advocari juberet. Deinde specievenatonis in solitudinem sese abdere, & hominum confortium, velut immanis bellua, fugere. Manes certe interfectorum ita premebant tyrannum, ut proxi mus à desperatione abesset. Rursus tanta tructlentià efferebatur, ut quamvis pestilentia gratians multa mortalium millia absumeret, ipse tamen haud fatur funerum, ne ab intimis quidem amics Sanguinarias manus abstineret. Adeò nova lenper rabie exardescunt, quos semel humani sangui mis fitis accendit.

Sub hæcamicorum & medicorum consilio, utanimum à tristibus curis abstraheret, eum ad ludorum & ædisicationum cogitationes traduxit. Inter prima opera, suêre certamina Athletica, quinto quoque anno in honorem Augusti Cæsaris celebranda: Theatrum exinde & Amphitheatum Hierosolymis opere sumptuoso exstructum; eds præterea regiæ excitatæ, nomen Cæsaris & Agropæ [qui Cæsari Charissimus] præferentes. Fina quoque & urbes, inter quas Cæsaréa, eundem interned conditæ. Et quia Iudaicam imprimis gentem sibi devotam volebat, ejus sibi studia, religiones.

泰(603)樂

onis specie comparanda duxit. Templum igitus instaurat, spatijs dilatat, porticibus novis exornats aliisque præclaris operibus Romanorum & Iudzorum benevolentiam: nominis verò Herodiani glo-

riam & immortalitatem quærit.

Alexan-

non in-

ım haud

demin-

il & pæ-

otentia,

Mariam-

ret, pet

e venati-

confor-

nes cer-

t proxià trucu-

graffan

e tamen

amici,

va lem.

fangu.

iô, uta-

id ludo-

t. In

a, quin

is cele-

eatrum

; æds

Agrip. Fana

idem in

is gen

, religi-

Inter hæc iterum in Aula turbatum. Herodi ex Devide natus [plures enim habebat pellices] ut Alexandrum & Avistobulum, Mariamnæ filios & successione regni dimoveat, confictis insidiarum calumnijs, adeò parentem in eos exacerbat, ut is non dubitaret illos coram Augusto intentati veneficii accusare. Cum verò criminationi argumenta deessent idonea, & Iuvenes dudum Augusto Romæ perspecti, verbis se & lacrimis ejus sceleris insontes oltenderent, omnibus, etiam accusatore, ad commiserationem permotis, Cæsar patrem, filiósque in mutuam concordiam, & complexus lacrimis mixtos reduxit, Antipatrô per nefariam simulationem utrisque eam reconciliationem gratulante. Sed paullô postiterum erupit perfidus animus. Hetodes novis in filios criminationibus circumventus ab Antipatro, eò pertrahitur, ut in eos tanquam parricidas Iudex idem & Acculator animadverlurus, reliquos etiam adigeret Iudices ad innoxium languinem, infuper habità contestatione innocentiæ, condemnandum; quare Sebaften ducti, ibi parentis iussu strangulantur, & in castro Alexandrio sepulchro inferuntur.

Antipater sublatis fratribus, graduad supremam impietatem facto, parenti quoque necem intentat, veneno ad id exurbe Roma per procuratorem sum misso, utsuspicio parricidij in absente ne hære-

ret

黎(604)黎

cert

nab aliâ

run

mal

nific

ab 1

lia c

mei

Ma

tâ,

filitt

à po

tur

I

fang Infa

ten

dæ

for

ma

blic

que

bre

exc

ver

hor

ter

cul

rat

Nec melior filiô mater ejus, Doris, Phonan Herodis fratrem, multorum malorum cinissonem, ne ambitiosis Antipatri consilijs obstaret, infusotoxicô perdit ; quod Salianus scribit ad ann. Mundi 4051. Iosephus naturali morte absumptum refert Antipatrum quoque non diutiùs scelerum pone Meditati namque parricidijonfunt remoratæ. victus, in vincula conijcitur; regni successioni detipas, filiorum Herodis natu minimus destinatur, Archelao & Philippo, ob calumnias per Antipatrum structas, præteritis. Mox iterum mutatis teltamenti tabulis, Archelaus successor regni constitui. tur: Philippo & Antipæ provinciæassignantur, Sed Augusto Cæsari placuit Iudæam in quatuor partes, seu tetrarchias dividere. E quibus duas Archelao concessit, regium quoque nomen pollicitus, se dignum se redderet. Partes reliquas in duostra tres partitus est. Herodi Antipæ Galilæa, regibque Iordanis transamnana, Philippo Trachonitis & Ituræa cessit.

fperat. Herodes sceptro suo periculum etiam abinfantibus formidavi. Intellexerat è tribus regulis,
ab Oriente profectis, ipsos stella interprete didicise recèns nati Iudæorum Regis ortum, tum enimvero Herodes timore concuti, & omnis cum eo lerosolyma turbari. metum augebant divinæ perin
Legis, qui ea de re interrogati, responderuntinoraculis esse, Bethlemum oppidum venturo Messe
natale sore. Potuit tyrannus, mens niss læva sulset, pullum in nido cum matre sua deprehendere
maluit advenas exploratores præmittere, & pereos

發(605)黎

certiora cognoscere. At illi astro duce Magni cunabula Regis venerati, elusa Herodis exspectatione,
aliâ, quàm advenerant viâ, patrios lares repetierunt. Nunquam aliàs ita suror esserbuit. Mox clamabatur ad arma, expediuntur milites, veriùs carnisices, ætati lactenti bellum indicitur. Pendentes
ab uberibus matrum parvuli ad quatuordecim millia crudeli serro perimuntur. nec tamen in tanto numero is invenitur, propter quem cædebantur.
Macrobius auctor est, ejus rei samà Romam perlatà, Augustum dixisse: malle se Herodis porcum, quam
filium esse; [neque enim suomet sanguini pepercit]
à porcorum namque religionis prætextu abstinebatur, non item à cæde hominum.

Et parum fuit lupo teneros in artus graffari, nisi languinariam gulam nobiliore cervice exsatiaret. Infandum dictu! Desperata valetudine, Ierichuntem se contulit, eóque minacibus edictis omnem ludæorum nobilitatem convocavit; præsentes Circo Amphitheatrali inclusit; deinde accersitis ad se sorori Salomæ; ejúsque marito alexæ in supremis mandatis dedit, totam ut gentem, ne sine luctu publico efferretur, in lacrymas darent, omnibus illis, quos Circo tanquam cassibus sepserat, telorum imbre confixîs, eô temporis articulô, quô è vivis ipse Violentas deinde manus sibi admoventi, [quid enim aliud supererat homini, Superis hominibusque exosissimo?] cum excuteretur culter ab achiabo, ex sorore nepote; Antipater in vinculis eo tumultu excitatus, necemque ratus esse paratam, egit cum carceris custode, ut dimitteretur.

Re

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Phetotan

Honem,

fusô to-

. Mundi

refert

n pænæ

idij con-

oni du

tinatur,

ipatrum

is telta-

nstitui-

ur, Sed

partes,

rchelao

, fi eo

uosfra-

, regio-

nitis &

n multa

m abin-

egulis,

didicil-

enim-

neole-

e periti

ntin 0.

Meffiz

va ful-

per eos cer-

紫(606)黎

teste

dine

tam

potu

m fu

A

tum

Iuda

tusc

tur :

aR

ejus

cui

ctui

JE.

rup

apu

tur

ver

Vur

lan

cul

iffe

tati

He

SCL

Read Herodem delata, submissus est satelles, qui hominem sine mora de medio tolleret, præcocisam-

bitionis pœnas daturum.

27. Cæterum Salome & Alexas haud immeritô verit, ne demandata crudelitas in suamet capita verterel clausos in Circo Iudæorum proceres, antequamile gis mors innotesceret, domum suam quemque de Recitatæ dehinc ad milites testament miserunt. tabulæ, quibus Archelaus successor institutus, of nium acclamationem & applausium habuerunt, fil nus regio more curatum est, & monumento [quot ipse sibi in Herodio castro splendidum exstruxera illatum, anima jam tum in tartareis rogis merill simas poenas luente. Vir erat artium Politicarum peritissimus, quibus privati sortem mutaveratit già; pravè tamen ijs usus, suorum cruoretotusim maduit; immanitatis & libidinis prodigium, utqui,

發(607)泰

teste losepho apud Baron. in ann. Ch. 8. essenata libiadine virgines constupraret, & thoros alieni conjugija fizius, vi adhibita, violaretac scedaret. Nullumque tam magnum scelus, tam magnum facinus reperiri potuit, adquod vel illecebris voluptatis, vel impe-

m furorisac crudelitatis non impelleretur.

cis am-

est pari-

ium pa-

cli.] aut potius

ntes m-

lerolam lyfence-

, phthi-

dorum, Hagitio-

n factus

Aum Si-

ufterum: Eccli

veriti,

erteret, 1am Re-

que di-

tamenti

115, OM-

int, Fil-

o [quoi

uxerat

ment!

ticarum

reratie.

otus im-

, utqui,

telte

Archelaus, digna parente soboles, nonô post ini tum Principatum annô, dominationis tyrannicæ 🛦 ludzis apud Augustum C. postulatus, condemnatusque, in exilium Viennam, urbem Galliæ relegatur; pecunia fisco addicitur regio; urbibus Syria, a Romanis subjugatæ, & in provinciam redactæ, at. tribuitur, anno Christi decimo sexto. Procurator ejus seu Præses, Roma submissus est Valerius Grains; cui post undecimum annum in eo magistratu exadum, successit anno Ch 28. Pontius Pilatus, qui JESUM, humani generis Servatorem iniquissima morte condemnavit. Ipse verò de munerum corruptelis, rapinis, injurijs & cædibus innocentum apud C. Caligulam Cælarem accusatus, deportatur in Galliam, Viennæque perpetuo exilio inclusus, impatientià malorum, sibi nécem conscivit, anno Chr. 41. Philippus & Antipas, Archelai fratres, in suæ ditionis seu tetrarchiæ dominatu perseverare permissi. Uterque mali corvi, malum o-Antipas Philippi fratris uxorem incesto thalamo polluit, & Ioannem Baptistam conjecit in vincula, quòd nefariam consuetudinem liberiùs arguillet; cujus abscissum caput Herodiadi siliæ in Saltationis prœmium cessit. S. Hieronymus tradit, Herodiadem insultasse præciso Ioannis capiti, atque acu discriminali sanctissimam illam linguam perfo-

raffe:

紫(608)绿

te n

ctu Chi

fup(

cob

dere

late

tide

drit

lice

præ

mo

unc

& U

iffe

rea

raffe; Ut Fulvia quondam Antonij Triumviri uxor fust in disertissimam Ciceronis linguam sævijt. Ipsasalaltil tatricula brevî post poenas solvit, quando adstrictas gelu aquas transiens, rupta sub pedibus impijs glacie, abscindendum crustis caput dedit, etiamtunc portentosum in modum subsiliens, & choreas, quibus viva affueverat, mortua continuans. dem Antipa Christus, Æterna Sapientia, morionis An instar & amentis, ludibrijs exagitatus est; Non in-Nam ad Cajum Caligulam delatus, quod cum Sejano in Tiberium conspirasset, & invocatis 11. tabani, Regis Parthorum armis, defectionem molitus esset; perpetuò exulatum, Lugdunum mittitur, anno Ch. 40. qui inde fugitans in Hispaniam una cum Herodiade, incesta conjuge tandem perist, Ejus tetrarchia Herodi 4. mœrore confumptus. grippe, Infanticidæ Herodis, ex Aristobulo filio nepoti conceditur; mox etiam Iudaicum regnuma Cajo jam antè collatum, à Tiberio Claudio Dru-Memorabile elt, fo Imp. confirmatur & augetur. quod de ferrea illius, aureaque catena à Iosepholen bitur. Nam Romæ dum effet, quod inconsulteni mis Tiberio Imp. mortem, imperium verò C. Caligulæ precatus fuisset, quem ejusdem Tiberiji su, quasi morum moderator sectabatur, addictuses carceri, vinctúsque mansit ad usque Tiberij mor Cui suffectus Cajus, Agrippam nonmoul vinculis solvit, sed statim in regnum avitum reli-YAbo tuit, donatum priùs aurea catenà, ejusdem omilno ponderis cum ferrea, quam Tiberius injecent, elque Herodis Antipætetrarchiam adjunxit. catenam monumentum utriusque fortunæ Agrippa dos

廠(609)際

suspenditintemplo Hierosolymitano, ut doceret; altissima quæque facilè prolabi, rursusque inclinata restitui posse. Is Iacobum [cognomento Majotem, Ioannis Apostoli fratrem] Ierosolymis capite minuit Anno Ch. 44. Actor. 12. Idem pertedurus in Petro, nisi in capite servasset Ecclesiam Christus, ipsumque ruptis vinculis è carcere per Actor. cap. cit. Viri hujus Angelum eduxisset. fuperbia, cujus administra sævities (nam occiso lacobô, videns, quia placeret Indais, appoluit ut apprehenderet & Petrum. loc. cit.) geminis, & miris exemplis est castigata. Nam cum Româ redux à Cajo Casarehonoribus & favoribus auctus, Iudæam navigando repeteret, Alexandriæ exscendit; ibi cum ejus latellitium, argenteis clypeis, & inauratis armis nitidum, omnium oculos in se converteret; Alexandrini (quippe Ægyptij, quorum inveterata cum Iudeis simultas) invidia tanti splendoris ducti, publice convitijs eum & contumelijs incesserunt. nam præter maledicentiam & dicteria passim jactata, homo quidam emoti cerebri [Carrabas appellabatur] in ludibrium Agrippæ, Rex extemporalis effe jussus; pro diademate papyraceum involucrum, pro paludamento stoream, pro sceptro fragmentum arundinis gestavit. Diceres illusi personam Christi, & ultionem, in novissimo hoc Iudæorum Rege fuisse repetitam; nam & nomen Carraba vicinum Barrabe, & rerum utrinque gestarum convenientia est. Baronius ex Philone ad annum Cb. 40. Ad ignominiam vero Agrippæ, etiam exitium accessit; quando Cæsareæ [olim turris Stratonis vocabatur] solennes lu-Agrippa dos pro salute Caij Imperatoris celebraturus, in theatrum

ri uxor

[plasal-

Atrictas

nijs gla-

im tunc

is, qui-

Ab eo.

orionis

on im-

s, quod

catis arn moli-

nittifpaniam

n perill, erodi 4.

o filio,

gnumā

io Dru-

bile est,

ho fcri-

fultèni-

C. Ca

erij jul-

lictuselt

rij mor

nmodd

ım reffi.

n omni-

ijecerat,

t. Eam

爾(610)尔

atrum processit, veste argentea, sceptro, corona radians, & omnibus spectantibus [ingens multitudo nobilium & Procerum convenerat] majorem homine mortali, fuf venerationem incutiens, Drus à populo consalutabatur; útque propitium ellet Numen invocantibus, per summam adulationem rogabatur. Ille vocibus affentantium delectatus, tantò celeriorem sensit vindicis DEI manum, quantò similiorem se DEO putabat, aut credi volebat. Nam forte suspiciens, vidit bubonem funi extento insidentem [Iosephus antiq. lib. 19. cap. 7.] agnitoque calamitatis nuntiô, repente conflictatus dolorea cerrimo, ac putrescente in vermes corpore, infelicem spiritum in orcum emisit. Anno Ch. 46.A. ctor. cap. 12. Atque eô hunc in modum miserrime extinctô, permissium diadema ab Imp. Claudio, ejus filio agrippa [cognomine Iuniori] qui cumsorore Bernice, seu Berenice [quam velut uxorem circumducebat] Paulum audivit Cæsareæ, eloquentiacele sti perorantem. Actor. 25. & 26. A Iudzis deinde contra Romanos tumultuantibus, primò Hieroso lyma, non sine contumelijs & lapidum insectation ne; moxtoto regnô pulsus, Romam prosugit, ibque reliquum vitæ privatus exegit, fceptrô ludaico Romanos in fasces plene translato [anno Ch.68.] non multo post [anno Ch. 72.] Ierosolymam, &omnem Iudæorum gentem excifuros. Varia ex his di ces Lector, hoc præ reliquis, ut ne dubites, DII Vindicem oculum, in mortalium crimina vigilate, neque velis invidere improborum felicitati.

NAR.

ler.

rab

rex

tar

dui

mu

min Qu

tor

cui

ren

gel

pro